Io clxxxiii
Mt cccxxi
Mr clxxxviii
L cclxx

Io clxxxv
Mt cccxv
Mr clxxxvi
L cclxii

me cedis. Et misit eũ annas ligatum ad caipham
pontificem. Erat autẽ simon petrus stans & cale
faciens se. Dixerunt ergo ei. Numquid & tu ex disci
pulis eius es. negauit ille & dixit. Non sum. Dicit unus
ex seruis pontificis cognatus eius cuius abscidit petrus
auriculã. Nonne ego te uidi in horto cum illo. ite
rum ergo negauit petrus & statim gallus cantauit.

Io clxxxvi
Mt cccxviii
Mr cxcviii
L ccc

XIIII. ADDUCUNT ERGO IHM A CAIPHA IN

Io clxxxvii
Sal

prętorium. erat autẽ mane. Et ipsi non introie
runt in prętorium ut non contaminarentur sed
manducarent pascha. Exiuit ergo pilatus ad eos
foras & dixit. Quam accusatione affertis aduer
sus hominẽ hunc. responderunt & dixerunt ei.
Si non esset hic malefactor non tibi tradidissem
eũ. Dixit ergo eis pilatus. Accipite eũ uos & secun
dum legem uestram iudicate eũ. Dixerunt ergo ei
iudei. Nobis non licet interficere quemquam. Ut
sermo ihu impleretur quem dixit. Significans qua
esset morte moriturus. Introiuit ergo iterũ in prę
toriũ pilatus & uocauit ihm & dixit ei. Tu es rex
iudęorũ & respondit ihs. A temet ipso hoc dicis
an alii tibi dixerunt de me. Respondit pilatus.
Numquid ego iudeus sum. gens tua & pontifices
tradiderunt te mihi. quid fecisti. respondit ihs.
Regnum meũ non ẽ de hoc mundo. si ex hoc mundo
esset regnũ meũ ministri mei utique decertarent
ut non traderer iudeis. Nunc autẽ regnũ meũ non
est hinc. Dixit itaque ei pilatus. Ergo rex es tu. res
pondit ihs. Tu dicis quia rex sum ego. Ego in hoc na
tus sum & ad hoc ueni in mundũ ut testimoniũ phibe